✠ ✠ ✠

JESUS MARIA JOSEPH

EXORCYZMY

Skuteczne przeciwko SZARANCZY, już práktykowane tymi czáſy.

℣. Adjutorium noſtrum in Nomine Doini,
℟. Qui fecit Cælum & terram.
℣. Domine exaudi Orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS:

PRæces noſtras, quæſumus, Domine, clementer exaudi: ut qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, & harum noxiarum locuſtarum perſecutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea miſericorditer liberemur: ut procul à tua potentia expulſæ nulli noceant, & hos agros vel prata, in tranquillitate & quiete dimittant, quatenus ex eis provenientia, tuæ Majeſtati deſerviant,

& noſtræ neceſſitati abſque nocumento ſubveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

EXORCISMVS.

EXorcizo & adjuro vos, peſtiferi vermes locuſtæ noxia animantia per Deum Pa- ✝trem omnipotentem, per Jeſum Chriſtum ✝Filium ejus Dominum noſtrum, & per Spiritum ✝ Sanctum, ab utroque procedentem & per interceſſionem B. M. V. & Sancti JOSEPH ut confeſtim recedatis ab his agris campis, vel pratis, nec ampliús in eis habitetis, ſed ad illa, & talia loca tranſeatis, ubi nullis Dei ſervis nocere poſſitis, pro parte omnipotentis DEI, & totius curiæ cæleſtis, ſancti JOSEPH & Eccleſiæ ſanctæ DEI, vos maledicentis, ut quocunque ieritis, ſitis maledicti, deficientes de die in diem in vos ipſos, & decreſcentes, ita ut reliquiæ in vobis nullo in loco inveniantur, niſi neceſſariæ ad ſalutem & uſum hominum, quod præſtare dignetur, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Alius Exorciſmus.

EXorcizo & adjuro vos dæmones, per Deum ✝ Patrem omnipotentem, qui in deſerto

ferto per quadraginta annos cibavit filios Israel mannâ, & ex petra aquam eduxit eis ad bibendum, ut statim ab his agris campis, pratis, omne quod noxium est, amoveatis. Adjuro etiam vos animalia, & quæcunquæ per maleficium diaboli noxia estis hominibus, & bonis eorum, per Deum Patrem✝Omnipotentem, & Filium✝ejus,&per Spiritum✝Paraclitum,ut hinc discedatis, & nocere desinatis graminibus, frugibus, & dissipemini, & omnis virtus & potestas nocendi vobis adimatur, & interimat vos dextera DEI omnipotentis per invocationem nominis sui, & per passionem & mortem JESU Christi filij sui, & per merita Beatissimæ Virginis MARIÆ, & Omium Sanctorum & Sanctarum totius cælestis curiæ. Amen.

Concludat Exorcista sequenti Oratione.

OMnipotens sempiterne DEUS, remunerator omnium bonorum, & pænitentium peccatorum maximus miserator: in cujus Nomine omnia genua flectuntur, cælestium, terrestrium, & infernorum: concede nobis propitius, ut quod de gratia & misericordia tua confisi agimus, per eandem gratiam & virtutem tuam efficacem con-

conſequamur effectum; ut per tuam clementiam ab hac peſte liberati, Majeſtati tuæ congruas gratiarum referamus actiones. Per Chriſtum Dominum Noſtrum, A.

Te Kartki zakopać w polach, oſobliwie od Granicy. Gdyby zaś iuż była Szárańcza, na ktorym polu, więc powinny bydź czytane nad Szárańczą przez Kapłana, dla ktorego Informacya.

SAcerdos prius hac die abſoluto Sacro ad hanc Intentionem, & poſt Sacrum immediate, accepta Stola violacei coloris, ſiſtens ante Locum tenens in manu dextra Crucifixum, & in ſiniſtra ſupraſcriptos Exorciſmos, invocato DEI auxilio, prius dicat genuflexus Litanias de Omnibus Sanctis, reſpondentibus adſtantibus, cum Orationibus conſvetis, quibus finitis ſurgens, clara voce cum viva fide, proferat diſtincte verba Exorciſmorum, quibus finitis aſpergat agros in modum Crucis, a quâ Benedicta, (ſi fieri poteſt) Benedictione contra vermes & locuſtas, quibus finitis curet hos Exorciſmos in aliquot locis Camporum fodere.



Tych Exorcyzmow doſtanie w Krákowie u OO. Kármelitow Boſſych. Swiętego Micháłá.